

מַלְיָה אֲקָוִמִּי
 Xp̄m vulgari lingua ad puellā locutū
 Talitha cumi quod significat: Puella surge. Quod si He-
 braico vsus fuisset sermone, dixisset: בָּצְרָה & non
בָּלִיחָא · quia voluit vtī sermone, qui etiam à plebeis
 intelligeretur. Miror autem scolorum impressorū, qui
 cùm in Græcis codicibus, Talitha haberēt, statim Tha-
 bitha reponendum putauerūt, non intelligētes dictiones
 Hebraicas lögē secus à Græcis proferri quam Hebreis q̄
 Mariā dicūt, qđ Hebrai Mariā, Salomon, quod Hebrei
 SchloMoh. Præfertim cùm Hieronym⁹ ad Damach⁹ di-
 cat, Thabita verbū esse Syrū. Nota aut̄ duo verba ista,
 tibi dico, nō esse Christi, sed Euāgelistæ vel interpretis,
 quemadmodū paulè antē que in fanatione paraliti ci-
 dēta sunt: ait paralyticō. Quod aut̄ iussit illi dare ad mādu
 candū, vera indicavit resurrectionē. Quemadmodū n.
 ipse ad faciendā suę resurrectiōis fidē, petijt ab apostolis
 si qđ haberēt pulmēti, tūc obtulerūt illi partē pisci alsi &
 fauū mellis, & comedit in probatōne suę resurrectiōis,
 ita & huic puellæ, ne phāasma & illusio esse videretur.

CAPUT SEXTVM.

Christus patria redditus, pauca admodum fecit mira-
 cula, Apostolos misit ad prædicandum: huius doctrinam
 & mirabilia Herodes admiratus, credidit Ioānem quem
 occiderat, suscitatum. Rursus in desertum Christus
 secessit, ex quinque panibus & duobus pisci-
 bus multa milia satiauit; reuersus super
 aquas ambulans, multos sedat flu-
 etus, & tandem multos sanauit.

[†] Matth.

13.g.

Luc. 4. c.

Ioan. 4.f.

E † T egressus inde, abiit in patriam suam, & seque-
 bantur eum discipuli sui. Et facto sabbato, capi-
 t in synagoga docere: & multi audientes admira-
 bantur in doctrina eius, dicentes: Vnde huic hæc
 omnia? & que est sapientia que data est illi, & virtutes
 tales que per manus eius efficiuntur? Nōnne hic est faber
 filius Mariæ, frater Iacobi, & Ioseph & Iuda & Simo-
 nis? Nōnne & soror eius hic nobiscum sunt.

Non ægrè tuli regredi Nazareth, vbi nutritus fue-
 rat, quamvis se sciret illic habendum multis despectui,
 sed vt doceret eos, ita vt essent inexcusabiles, de quibus

am-

ampius Matth. 13.

Et scandalizabantur in illo,

Id est, offendebant in eum, sinistre de illo cogitantes ob generis eius ignobilitatem: in quo potius si sapienter, erat gaudendum, quod patriam suam tot ornaret virtutibus, doctrinis & miraculis.

*Et dicebat illis Iesus: †Quia non est propheta sine honore †Matth.
nisi in patria sua, & in domo sua, & in cognitione sua.*

13.g.
Loan. 4.f.

Etiam apud quos propheta propter doctrinam & signa videbatur, despiciuntur habebatur, immo apud domesticos, & consanguineos: qui eius inuidiebatur prosperitati & famae. Et non poterat ibi virtutem ullam facere: nisi paucos infirmos impositis manibus curauit. Et mirabatur propter incredulitatem eorum: & circuibat castella in circuitu docens.

Quod autem non poterat virtutem ullam facere, id est, miraculum ullum, id erat non ex defectu potentiae, sed ex subiecti indispositione. Sicut n. ager naturale non agit in passum, nisi bene dispositum, ita neque diuinum de potentia ordinata. Indispositi autem illi erant per defectum fidei. Et ita cum ad curationem duo precipua coocurrere debent, & fidei eius qui curatur, & curatis potestas: cum alterutrum deferset, æquum non erat, ut curationis munus exhiberetur.

†Et vocauit duodecim: & cepit eos mittere binos, & dabant illis potestate fluoritum immundorum. Et præcepit illis, ne quid tollerent in via, nisi virgam tantum, non perā, non panem, neque in zona æs, sed calceatos sandalios: & ne induerentur diuibus tunicis. Et dicebat eis: Quocunq; introieritis in domum, illuc manete, donec exeat inde. Et quicunque non receperint vos, nec audierint: teneentes inde, excuite puluerem de pedibus vestris in testimonium illis.

†Matth.
14.a.

Luc. 9. a.
Eph. 6. c.

†Matth.
10.b.

De vocatione & missione apostolorum usque ad hunc locum: Et audiuit rex Herodes, vide Matth. 10. cap. Vbi vero dicitur: in testimonium illis, Graeci addunt: Amen dico vobis: Tolerabilius erit Sodomis & Gomorrhaeis in die iudicij, quam illi ciuitati.

Et exeuntes prædicabant ut penitentiam agerent, & demona multa ejiciebant, & ungabant oleo multos ægros, & sanabantur.

†Iac. 5.d.

Cum dicitur & sanabantur, Graeci θεραπευονται, Id est, sanabant, scilicet Apostoli, non sanabat oleum, ut perperam intellexit Caietanus: qui ignorauit επιθετον hic esse pluralis numeri.

Et audiuit rex Herodes (manifestum enim factum est nomen eius) & dicebat: quia Ioannes baptista resurrexit a mortuis, & propterea virtutes operantur in illo: alij autem dicebant: quia Elias est. Alij vero dicebant: Quia propheta

+ Isa. 5. c. *est, quasi unus ex prophetis.* + Quo auditio Herodes ait: Mat. 14. 2 *Quem ego decollavi Ioannem, hic a mortuis resurrexit. Ipse* Luc. 9. 1 *enim Herodes misit ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcerem propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam.*

De his vide Matth. cap. 14. De Ioanne vero baptista, si habet Iosephus lib. 18. cap. 10. Antiquita. Iudai. Apud Iudeos autem fuit opinio: Iusta ultiōne numinis deletu Herodis exercitum, propter Ioannem, qui baptista cognominatus est. Huc enim tetrarcha necauit virum optimum, Iudeos excitantem ad virtutum studia, & impri mis pietatis ac iustitiae, simulque ad baptismi lauacrum: quod ita demum Deo gratum aiebat fore, si non ab uno tantum alterōue peccato abstineant, sed animis per iustitiam prius mundatis, addant & puritatem corporis. Cumq; magni concursus ad eum fierent, plebe talis doctrinæ auida, Herodes veritus ne tanta hominis autoritas defectionem aliquam pareret, quod viderentur nihil non facturi ex eius consilio, iudicauit satius esse prius quam noui aliquid exoriretur, illum tollere, quam rebus turbatis seram penitentiam agere. Itaq; vinctu in Macheruntem missum, illic occidi imperat. Quod factum secuta est Iudeorum existimatio, ab irato Deo perditum esse Herodis exercitum. Hæc ille.

† Matth. 14. a. Dicebat enim Ioannes Herodi: Non licet tibi habere uxorem fratri tui: Herodias autem infidibatur illi, & volebat occidere eum, nec poterat. Herodes autem metuebat Ioannem, sciens eum virum iustum & sanctum, & custodiebat eum: & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.

Quoniam

Quoniam Ioannes Herodé arguebat quod Herodia-dé fratri sui vxoré duxisset, Herodias eum odio habuit, & vice eius infidiabatur, Herodes autem non permitte-bat eum ab Herodiade occidi, quē sciebat virum iustum & sanctum, & ideo eum sēpius audiebat. Herodiadis tādem molesta vietus, Ioannem in carcerauit, non audens eum occidere propter populum, qui eum tanquam pro-phetam habebat. Et ideo vincētum custodiebat. Græci καὶ σωτῆρις, id est, conseruabat eum, siue sartum te-ctum custodiebat.

Et cū dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui cēnam fecit principibus, et tribunis, et primis Galilee. Cumq; introisset filia ipsius Herodiadis, et saltasset, et placuissest Herodi, simulq; recumbentibus, rex ait pueræ: Pete a me quod vis et dabo tibi. Et iurauit illi, quia quicquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei.

O magnam dementiam, & quod natalem suam cū tāta pompa celebrare contenderet & saltantem filiam adeo magnificaret, vt etiam regni sui dimidium yni saltui æ-quipararet: quod nemo nisi demens vñquā admitteret.

Quæ cūn exijset, dixit matri sue: Quid petam? At illa di-xit: Caput Ioannis baptistæ. Cumq; introisset statim cum se-finitione ad regem, petiuit, dicens: volo ut protinus des-mihi in disco caput Ioannis baptistæ.

Iamdudum Herodias percita in Ioannem inuidia, tempus nacta opportunum, quæ Ioannis necem dimidi-o regno præterebat, filiæ caput Ioannis postulare consuluit, ne post exactum natalis conuiuum Herodem forè promissi pœniteret.

Et contristatus est rex propter iusurandum, et propter si-mul discubente, noluit eam contristare: sed misso spicu-latore, præcepit afferriri caput eius in disco: et decollauit eū in carcere, et attulit caput eius in disco, et dedit illud puel-le et puerla dedit matri sue.

Quod contristatus est rex, Græcè dicitur τελευτας ηνομενος. quod multo melius vertit interpres quam Erasmus, dolore affectus. Quod verò dicit: Noluit eam

cōtristare, iudubie interpres legit ἀπότολαι, quemadmo
dū habet Matthæus: Græca tamen quæ nunc extant, ha-
bēt ἀπότολαι. quod aspernari significat, quasi dicat, no-
luit eā aspernari, ac contemptibilem reddere, quod fa-
cturus videbatur si promissā non præstitisset. Mīhi asper-
nari magis proprium videtur quām reiçere, nisi dicas,
reiçere postulata.

*Quo audito discipuli eius venerūt, & tulerunt corpus eius,
& posuerunt illud in monumento.*

Interpres legit σῶμα, id est corpus, constanter tamen
omnes Græci codices habent τάρον, id est cadauer.
Et conuictientes Apostoli ad Iesum renunciauerunt ei om-
nia quæ egerant & docuerant. Et ait illis: venite & eorū
in desertum locum, & requiescite pūfillum.

Hic locus iungendus est cum eo qui præcessit: Et
exeuntes prædicabant, &c. Obiter enim decollati Ioan-
nis narrat historiam. Docentur autem hoc A postolorū
facto, qui Christo quidnam prædicando egerint renun-
ciant, bono episcopo villicationis ac prædicationis suæ
rationem reddere.

Erant enim qui veniebant, & redibant multi: & nec spa-
cium manducandi habebat. Et ascendentis in nauim abie-
runt in desertū locū seorsum. Et viederunt eos abeuntes,
& conguerunt multi, & pedestres de omnibus ciuitati-

[†]Mat. 9. bus cucurrerunt illuc, & præuenierunt eos. [†]Et exiens vidit
d. & c. 15. c turbam multam Iesu: & misertus est super eos: quia erat
sicut oves non habentes pastore, & coepit illos docere multa.

Cūm tanta turba ad Christum afflueret, vt ne sumendi
quidem cibi spaciū ipse & discipuli haberent, iubet se-
orsim in desertum secedere, vt paululū ibi requiesce-
rent, quò ingressinauim abierunt. Græcē tantum est,
abijt Christus. Sed intelligēdum est, cum suo comitatu,
quod exp̄lesit interpres.

[‡]Matth. 14.c.d. Et cūm iam hora multa fieret, acceſſerunt discipuli eius, di-
centes: ¹desertus est locus hic, & iam hora preteriit, dimit-
Luc. 9. b te illos, vt exeuntes in proximas villas & vicos, emant
Ioan. 6. a filii cibos quos manducent. Et respondens, ait illis: Date
Inf. 8. a. illis manducare.

Græcē

Græcè, ἡ μέρα πελλές γενομένης. Galli dicerēt, eſtant deſſia haulte heure. Hanc autē historiam de ſatiatis quinque millibus, Vide Matth. 14. Quod autem ait in proximas villas, Græcè εἰς τὰς κυκλῶ ἀγγοὺς, id eſt, in circumiacentes villas.

Et dixerunt ei: Euntes emamus ducentis denarijs panes, & dabimus illis manducare. Et dicit eis: Quoſ panes habetis? Ite & videte. Et cum cognouiffent, dicunt: Quinque, & duos pifces. Et præcepit illis ut accumbere facerent omnes secundum contuberna ſuper viride fænum.

Ducenti denarij valent viginti coronatos, ſive ſex oboſos, denarij autem 4. faciunt ſiculum & 25. ſicli libram. 60. verò librae, talentum.

Et diſcubuerunt in partes per centenos et quinqueagenos: Et acceptis quinque panibus, & duobus pifciis, intuens in cœlum benedixit, & fregit panes: & dedit diſcipulis ſuis ut ponerent ante eos. Et duos pifces diuifit omnibus. Et manducauerunt omnes & ſaturati ſunt. Et fuſtulerunt reliquias fragmentorum duodecim cofphinos plenos, & de pifciis. Erant autem qui manducauerunt, quinque milia virorum.

Græcè ἐν πελλές πράξιαι αὐτὸς ἔκατον, καὶ αὐτὸν πεντακόντα, id eſt, diſcubuerunt per areolas, ſive ut ita dicam areolatum centenī & quinqueageni, ita ut aliae areole cape rent centum, alia quinqueaginta. Gallicè par bendas, cent à cent, & cinquante à cinquante. πράξια autem significat a reolam viridem ſive viridariorum.

Et ſtatiū coegerit diſcipulos ſuos ascendere nauim, ut præderent eum trans fretum ad Bethſaidam, cum ipſe dimitteret populum. Et cum dimiſſet eos, † abiit in monte orare. † Matth.

Iuſſit igitur diſcipulos cū fragmentis ſolos diſcedere, et 14.c. iſipum trās fretū prædere ut iſi ſoli veritatē agnoscere. Luc. 6.b. rēt miraculi: & ut ipſe oſtenderet aliquādo opportunum Ioan. 6.b turbis immiſſi, aliquando pro Dei feruittio leparari.

Et cum ſero eſſet, erat nauis in medio mari, & ipſe ſolus in terra. Et videns eos laborantes in remigando, (erat enim ventus contrarius eis,) & circa quartam vigiliam noctis, venit ad eos ambulans ſupra mare: & volebat præterire. † Matth. eos † At illi ut viderunt eū ambulantē ſupra mare, putauerunt

14.d.

runt phantasina esse, & exclamauerunt: omnes enim vi-
derunt eum, & conturbati sunt. Et statim locutus est cum
eis, & dicit eis: Confidite, ego sum, nolite timere. Et ascen-
dit ad illos in nauim, & cessavit ventus. Et plus magis in-
tra se stupebant: Non enim intellexerunt de panibus. Erat
enim cor eorum obcaecatum.

Prius erat præsens Christus sed dormiens, & discipu-
li vexati sunt & agitati fluctibus, nunc verò absens est, &
tamen ijsdem agitantur fluctibus: vt cùm essent imper-
fectiores, & ad perfectum tenderent, ipse licet dormiens
præsens erat: cùm verò profecissent & ipse abfasset, neq;
eos absque consolatione modicum passos reliquit, vt &
ipsi redderentur fortiores, & scirent dominum in neces-
sarijs semper aſſuturum. Neque enim adhuc erant perfe-
cti, nec de panibus perfectè miraculum intellexerunt, nec
Christi potestatem in multiplicatione panum agnoue-
rant: propterea videtur dominus turbasse mare, vt vel
sic agnoscerent eum.

Et cù transfretassent venerunt in terram Genzareth, &
+ Matth. applicuerunt. **¶ Cùmque egredi effent de naui, continuo co-**
14.d. **gnouerunt eum, & percurrentes vniuersam regionem illâ,**
**coperunt in grabatis eos qui se malè habebant circumfer-
re, ubi audiebant eum eſe. Et quoconque introibat in vi-
cos vel in villas aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos,**
& deprecabantur eum vt vel fimbriam vestimenti eius
tangerent: & quotquot tangebant eum, salvi fiebant.

Vſu ſæpius venit, vt plerique in ſumma rerum felici-
tate Dei erga ſe beneficentiam non agnoscant, qui de-
mum plurimis attriti malis eū agnoscere incipient. Hinc
Apostoli tam euidens miraculū cuius etiam fuerant par-
ticipes non obſeruantes permittiſſunt aliquandiu flucti-
bus agitari, vt tandem dominum agnoscerent & pluri-
mis alijs proficerent miraculis.

CAP V T S E P T I M V M.

Phariseos arguentes discipulos quod illotis ederé mani-
bus cōfutat, hominū etiam traditiones diuinis aduersas
reprobat, & quæ hominem inquinant & quæ non, decla-
rat. Chananeæ in precatione perseverant filiam
ad dæmonio liberat, & ſurdum ac mautum sanat.

Et